



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De varia Doctoru[m] opinione circa legum obseruantiam. c. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De varia doctorum opinione circa legem obedientiam.

Cap. 20.

TRia sunt dubia circa legum obedientiam. Primum de lege Ecclesiastica pure preceptiua, an obliget ad mortale, cui respondet Nauar. capit. 23. nu. 48. Tunc obligare, cum in lege ponitur preceptiuium verbum, prohibitionem vel necessitatem indicans, quia tunc talis videtur Papæ intentio verbis expressa, vt patet ex Clement. cap. exitum, de verborum significatione. Quando verò lex videtur huiusmodi verbis: Declaramus, ordinamus, &c. tunc inquit Nauar. non obligat ad mortale, sed melius Caietanus, nec verbum preceptiuium in materia leui obligare ad mortale, neque quando materia grauis est, requiri ad hoc tale verbum. *Secundum dubium

est circa leges ciuiles : ex quibus
idem Nauar. arbitratur illarū nul-
lam ad mortale obligare, nisi alio
iure sub mortali idem præcipiatur:
alioqui. n. non constat legiflato-
rem talem habuisse intentionem.
Verius Soto, illas, quando materia
grauis est, obligare ad mortale,
nec requiri aliam declarationem
intentionis legiflatoris. De legi-
bus pœnalibus tertium extat du-
bium, an videlicet, obliget ad cul-
pam. Ad quod Caiet. Alphons. à
Castro, & Nauar. respōdent, quod
non, nisi res aliàs de se mala sit.
Sotus, Syluester, & Armilla dicūt,
tunc tales leges obligare ad mor-
tale, cum aliquid sub graui pœna
præcipiunt, vt puta, sub amissione
bonorum temporalium, quorum
sententia tutior videtur, modo si-
mul supponatur materia esse
grauem : pœnam ramen nullus
teneretur soluere ante condemna-
tionem.